



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Stavrologia Coloniensis**

**Gelenius, Aegidius**

**[Coloniae Agrippinae?], [ca. 1636]**

XXIII. † In Ecclesia B. M. V. Capitolina.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64564](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64564)

XXIII. ✠  
 IN ECCLESIA B. M. V.  
 Capitolina.

**N**unc ad lustrandas cæteras, in Ci-  
 uitate Coloniensi, Cruces redeo;  
 inter quas illa in Capitolina B.M. V.  
 Basilica, celebrioribus annumeranda  
 est. Prædicatur enim à frequentia por-  
 tentosorum beneficiorum; & quia  
 Christum à planta pedis, vsque ad ver-  
 ticem, vulneribus & sanguine cruen-  
 tum repræsentat, intuentium animos e-  
 gregio pietatis sensu perstringit. Prodi-  
 giosum admodum est, quod in ea accu-  
 ratiore obseruant, videlicet, labente  
 sensim tempore, caput magis magisq;  
 demitti; & reliquum corpus, quodam  
 velut pondere paulatim deorsum trahi,  
 ita vt clauis, qui pedes & manuum pal-  
 mas transfadigunt, fixi maneant: ipsa  
 verò vulnera, corpore subsidente, pro-  
 ducantur. Nam pedes non secus, atque  
 à clauis scissi, sectique, plagis à media  
 ad summum pedis calcem, ex crescenti-  
 bus velut sulcis patent, & clauis mani-  
 bus infixi cæptas adeo in palmis cica-

†Capit-  
 solina  
 Colon.  
 seipsam  
 prodigi-  
 ose incli-  
 nans.

*Staurologia*

trices extenderunt, vt extra manus, me-  
dios inter digitos, hærere videantur,  
palmaris solum pellicula, clauis contra  
lapsam implicata est, plagarumq; aspe-  
ctum intuentibus nudat, non secus, at-  
que si artificis manu, repræsenterentur  
laxatæ & perruptæ vulneribus palmæ,  
ipseq; etiam Crucifixus ex protensa, &  
decoriata penderet pellicula. Cruci  
huic affixa Saluatoris Nostri effigies,  
geminis, nummis, torquibus, aliisq; di-  
catis muneribus tecta est, piorumq; a-  
nathematis cum hac in tabella appensa  
incriptione:

*Reliquia  
in cruce  
Capitoli-  
na.*

1304. ANNO DOMINI MCCCIV.  
in die B. Barbaræ Virginis  
& Martyris.

*Hac Crux veneranda, benedicta est à vene-  
rabili Patre Domino Henrico, Rodestonensi E-  
piscopo, auctoritate Decani & Capituli Colo-  
niensis, gerente vices in Pontificalibus, sede per  
mortem Domini VVicboldi Coloniensis Archi-  
episcopi vacante. Inposita verò sunt subscriptæ  
reliquiæ venerandæ Cruci præfata, à prædicto  
Domino Henrico, die sua Consecrationis præ-  
notato.*

*De*

Coloniensis.

32

De Ligno S. Crucis Domini,

De Spinea Corona Domini,

De Spongia Domini,

De Lancea Domini,

De Arundine Domini,

De Prasepe Domini.

De Lacte B. Virginis,

De Capillis eiusdem,

De Vestimentis eiusdem,

De Sepulchro eiusdem.

De SS. Apostolis,

De Osibus B. Ioannis Baptiste,

De Osibus S. Petri Apostoli,

De Osibus S. Andreae,

De Osibus S. Bartholomei,

De Pileo S. Thome.

De SS. Martyribus,

De S. Laurentio,

De S. Stephano,

De S. Quirino,

De S. Hippolyto.

De SS Innocentibus,

De S. Gereone, & sociis eius.

De S. Victore, & sociis eius.

C 4

De

## De SS. Confessoribus.

*De S. Martino,**De S. Nicolao,**De S. Arbogasto,**De SS. Seruatio, Benedicto & Siluestro.*De SS. Virginibus & Continen-  
tibus.*De S. Maria Magdalena,**De SS. Agnete & Agatha,**De SS. Lucia & Barbara,**De SS. Catharina & Caecilia,**De SS. Balbina & Praxede,**De S. Ursula & sociis eius, una cum reliquiis  
Sanctorum multorum, quorum nomina  
nouit, qui nihil ignorat.*

**O**Mnibus igitur locum istum ob memoriam  
Crucifixi pie visitantibus, & S. Crucis  
patrocinia implorantibus, nec non & memo-  
riam in orationibus suis Domina Hadeluigis  
huius loci quondam Abbatissa habentibus, sin-  
gulis diebus quoties expetierint, quadragesima  
Indulgentiarum de iniuncta poenitentia mise-  
ricorditer relaxantur.

## RENOVATVM

anno 1582.

**A**N Capitolina ista Crux vetustior sit, quam commemorata An. 1304 reliquiarum impositio, sedula inuestigatione comperire non licuit. Constat tamen, quingentis & septuaginta ab hinc annis, in eadem Capitolina Basili- ca Crucem extitisse, coram qua, loci il- lius Professa, quædam beata pœnitens, à commisso facinoris probro miraculo- sè fuit liberata, vt testatur vita B. Anno- nis lib. I. c. 14.

*Lapsa à  
probri  
ignomi  
nia libe  
ratur  
benefi-  
cio Cru  
cis.*

## XXIV. ✝

APVD CAPVCINISSAS  
Colonienses.

**C**apitolinæ gemina Crux est, quæ in Sacello S. Annæ Capucinissarum Colonensium asseruatur. Minor quidem forma est, & in qua vulnera non extenduntur: Caput tamen Crucifixi Domini sese sensim inclinat, nullo rupturæ, aut rimæ facto indicio, non secus atque si caput ita incuruatum, manus

*Crux  
caputis  
clinans*

C 5

nus